

sentia adsidua in credentibus. Propter hanc  
adsidua[m] praesentiam instituta est haec sumptio.

Certum est enim Filium iustificatorem, et  
vivificantem esse dupliciter, et merito, et  
efficiendo. Meruit sua obedientia nobis re,  
missionem peccatorum, et reconciliationem.  
Et Fides intuens hoc meritum patuit te ha,  
bere remissionem et reconciliationem propter  
hunc propitiatorem. Ita inquit Paulus  
Quem posuit nobis propitiatorem per sangui,  
nem ipsius Fide. Et Dominus ipse ait  
Matth: 20 Ponet animam suam Aulgor pro  
multis.

Hac du[er]sa aperte de merito loquuntur,  
quod intueri Fidem oportet. Cum autem in  
vera consolatione fide intuenti meritum  
accipimus remissionem peccatorum cogitantes  
promissionem Evangelij, sine in meditatione  
Evangelij, sine in usu Sacramenti, tunc  
vere simul in nobis est efficax ipse Filius  
Dei, vere offerens nos aeterno patri. Ibi pa,  
ter nos recipiens per Filium nos vivificantem  
et accendit in nobis spiritum suo Sancto